



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Ac multis modis pro animis occupatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Erant Augustæ Scholastici pauperes ferè du-
 centi, qui à præceptore bene Catholico Canisij pauperibus
Scholasticis
subuenit.
 ipsius perstudioso in schola cathedralis Ecclesiæ
 & diligenter edocebantur, & piè. At enim Ciues,
 hospitesq; Lutherani paupertatis prehensa ansa
 haud paucos eorum variis modis, & artibus cor-
 rumpebant. Tanto incommodo Pater vt mede-
 retur, speransque sacrorum inopia Ministrorum
 laboranti Ecclesiæ aliquid subsidij fore, si tanta
 iuuentus integre, Catholiceque educaretur, om-
 nium se loco mendicum fecit. Cunctos Archie-
 piscopos, & Episcopos adiit, rogauitq; vt stipem
 conferre vellent ad commune domicilium com-
 parandum, vbi sublato illo vagæ, & emendicatæ
 habitationis discrimine, certis obstricti legibus
 vitam tolerarent. Destinatus est etiam à Cæsare Ac multis mo-
dis pro animis
occupatur.
 Cœnobij Virginum emendator. Ad hæc & aures
 confitentibus dabat: & verbi diuini de superiore
 loco non intermittebat præconium: quin adeò
 per sanctiorem hebdomadam quater tribus die-
 bus de sanctissimo Christi Domini excessu pero-
 rauit ad concionem quam frequentissimã. Hinc
 demum magnis rebus, quæ postea gestæ sunt Au-
 gustæ, est occasio patefacta. Decesserat anno su-